inmisse quod sit in alio vase sub fimo vel in aqua calida ut fieri debitur. De loquitur Hermes Methasfrite et dicit quod Aristoteles Allexandro Cave fili o rex et custodi secretum hoc precipue et preceptum omnem custodiam et calorem naturalem conforta quia quamdiu calor naturalis temperata perseveraverit humor aliquis mensuram suam non excedit

Item Arnoldus dicit eodem tractatu quod quatuor sunt res que in hoc negotio potissime operantur quarum due calefaciunt calefactione equali et humectant calefactione et humectatione equali corpora sana et calorem eius naturalem de humido et frigido equaliter permutat ut fiat temperate quarum primus Unicornis est vel monoceros. Alia res est margarite orientales solute in aqua clara de quibus omnibus naturalia dicit ibidem. Tertia res est aurum optimum solutum in aqua clara cum aqua philosophorum. Quarta res est lapis noster rubeus bibens in aqua philosophorum solutus et loquitur ibi de medicina et lapide ac aqua vegetabilibus.

Modus multiplicandi medicinam in virtute et potestate Raymundi Lulli quam ponit in libro suo testamento

Cum perfeceris predictas medicinas et de illis feceris proiectionem duobus modis potes artificialiter suas virtutes multiplicare. Primus modus est quod si dissolveris in tinctura aqua sue albi vel rubei ex quibus create sunt donec fuerint quousque fiat tinctura clara et postea cum leni decoctione congelas et cum simus dicitur iterum super ignem quousque fluant. Tunc earum virtutes erunt multiplicate in tinctura cum diversis perfectionibus in se sicut videbis in proiectione quia pondus quod proiecebatur super mille nunc proicietur super duo milia et ista multiplicatio non est magni laboris. Secundus modus multiplicandi suas virtutes est maioris potestatis quod si distilles easdem medicinas cum solute fuerint per quam distillationem sue virtutes multiplicantur in centumplo sic quod unum valebit centum

Modus multiplicationis medicinarum est quod dissolvas qualibet specierum illarum singulariter in sua aqua per humectationem per modum separabit elementa per distillationem vaporis primo aquam et postea aerem et manebit substantia terre fixa tota clarea in forma pulveris reduc in illa aqua per sublimationem quousque tota bibit et sic tota fixa in terra. Deinde imbibe totum cum suo oleo et cum sua tinctura quousque sit bene fixa et funditur totum sic terra et de illa medicina proice unum pondus super corpus quandocumque volueris quoniam convertetur et in remotis tunc sua tinctura multiplicata decentum partibus. Per talem modum quod si una pars illius medicine vel unum pondus congelabat prius mille tunc convertit centum milia. Et quarta vice decem mille milia. Et quinta vice decem vicibus centum mille milia sicut solesfieri vel lucifero regi. Et nunc fili debes notare quod quanto magis medicina dissolvitur et sublimatur et congelabitur tanto magis et habundantius operatur quia in qualibet solutione ipsa lucratur et acquirit decem pondera in proiectione per virtutem multiplicatam in illa. Propter hoc non te tedeat iterare suas solutiones et congelationes quia per illas operationes medicina digeritur et unitur et sua virtus multiplicatur et fixatur et magis perfecte operatur

De multiplicatione medicine magistri Raymundi Lulli quam ponit in testamento

Fili tu accipias unam medicinam decem multiplicatam in virtute et illam proicias super centum partes aque stantem cum decem aqua incipit calefieri in crusibulo et purgetur